RUPERTUS TUITIENSIS
Österreich oder Süddeutschland, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 81v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26040
Copyright: Admont, Benediktinerstift



amalech ē. qd' iure miremur. qdq; a mysterio uacare nullus legitime pugne
peritus arbitretur. Qd enim. Nunqd hic hostis amalech maior aut fortior erat
cunctis hostibus israel. aut solus hic erat contra quē necessario tali modo pugna fieret.
Moyses inquit scriptura et aaron et hur ascendunt super uerticē collis. Cunq; leua
ret moyses manus uincebat israel. sin autem paululum remisisset. superabat ama
lech. Manus autem moysi erant graues. et cetera. Num inquam sine certa causa myste
rii prouisum ē ut tali ordine uinceretur hic hostis. Ipsum ergo mysterium diligenter
indagandum ē. Ante omnia sciendum. quia primus ex omnibus gentibus iste amalech
egressum ex egypto dei populum gratis impugnauit. Propterea de illo balaam in prophetia
sua dicit. Principium gentium amalech. cuius extrema perdentur. Porro qualiter eum
impugnauerit ita legitur in libro deuteronomii. Memento quod fecerit tibi amalech.
in uia quando egrediebaris ex egypto. quomodo occurrit tibi et extremos agminis
tui qui lassi residebant ceciderit. Lassos hic hebrei in mundos secundum legem extra
castra manentes intelligunt. quos cecidisse amalechite dicuntur. quia sic ipsi tradit
eorum circumcisionem amputauerunt. et in subsannationem dei in celum proiecerunt. Igitur
quia sic principium gentium factus est amalech. et primus ex omnibus gentibus post exitum
de egypto pugnauit contra israel et ipsum nomen amalech populus lingens interpre
tatur recte omnium uisibilium et inuisibilium inimicorum populi dei de hoc mun
do ad dominum fugientis typum tenere iudicatur ē. et ita contra illum pugnatum ē
ut qualiter diabolus cum omnibus qui ex parte eius sunt expugnandus sit. pugna ipsa
figuraret. Venit amalech. uenit populus lingens. et post concupiscentias suas ua
dens. cuius princeps et dux diabolus ē. et communicato studio cum spiritibus malignis
peregrinantem in hoc seculo dei populum impugnauit semper et impugnare non desinit.
Contra hunc moyses in montem ascendit. et cum eo aaron quod interpretatur montanus
siue mons fortitudinis. Per moysen legem. per aaron xpm. per hur sanctum intel
ligimus spm. Utqd enim data ē lex. nisi ut pugnare doceret. et ut secundum illam
homo contra diabolum manus suas. i. opera iusticie in celum sustolleret. Sed ma
nus moysi erant graues. quia uidelicet nichil ad perfectum adducere potuit lex.
Sumentes ergo lapidem posuerunt subtus eum in quo sedit. quia uidelicet ad hoc in mundum
uenit xpc dei filius. et ad hoc glorificato illo datus est spc sanctus. ut legi quod infirma
bat solida substitueret gratia euangelii in quo sedet moyses. i. in quo adimpleretur
lex. aaron inquit et hur sustentabat manus eius ex utraq; parte. nam difficulta
tem occidentis littere. quam neq; patres nostri neq; nos inquit apostolus petrus portare
potuimus. xpc et quem ille misit paraclytus suauem nobis atq; portabile fecerunt
in spiritu uiuificante. Ita factum ē inquit ut manus ipsius non lassarentur usq; ad oc
casum solis. Fugauitq; iosue amalech et populum eius in ore gladii. Igitur bel